

Band VI., Nr. 1694, Seite 93-94

Ludwig von Lichtenstein überlässt genannte Güter und Rechte zu Bernloch mit Zustimmung seines Lehensherrn von Bürglen gegen eine Mühle bei Honau dem Kloster Weißenau.

Bernloch, 1263. Januar 31.

In nomine sancte ac individue trinitatis. Amen. Nos Ludewicus de Liechtenstain universis, quibus presens scriptum ostensum fuerit, noticiam subscriptorum. Ne fragilitas conditionis humane, que numquam in eodem statu permanet, permutationes aut contractus suos ex lapsu temporis, cum quo singulorum labitur memoria, possit aut debeat variare terrene cupiditatis per affectum se ad invicem defraudantes, prudentum discreta providit maturitas, quod quelibet permutationes et contractus serie scripturarum ad futurorum memoriam reducantur. Presenti namque pagina confitemur exponentes tam posteris quam modernis, quod nos possessiones, quas a nobili domino de Burgelon feodaliter in Alpibus apud Bernloch possedimus, que sui nomine Gerenberc et Walhenberc¹ nuncupantur, et decimam feni de prato, quod dicitur Ernestesbrül, monasterio Augie minoris Constantiensis diocesis, ordinis Premonstratensis, pro molendino, quod habebant in clivo de Hohenowe, cum voluntate ac permissione domini nostri de Burgelon antedicti contulimus perpetuo possidenda, protestantes similiter hoc per scriptum, quod de bonis nostris ecclesie de Anegestingen² redditus quatuor solidorum, quos ex predictis bonis annis singulis pro decimatione percipere consuevit, reconpensare spondidimus, ut prelibato monasterio dicte possessiones a cuiuslibet inpetitione libere maneant et solute, renuntiantes pro nobis et heredibus nostris omni iuri repetitioni seu querimonie, que ulterius nobis aut heredibus nostris in bonis posset competere memoratis, asserentes etiam, quod si quam evictionem dictarum possessionum a quocunque mortalium passum fuerit, quod ipsum molendinum illi monasterio sine contradictione qualibet restituimus aut in eius reconpensum quadraginta libras Hallensium persolvemus, in evidens concambii nostri testimonium presentem cedulam sigillis venerabilis abbatis de Bebenhusen ac domini nostri de Burgelon memorati roboratam ipsi monasterio concedentes.

 Actum apud curiam Bernloch, anno domini millesimo CC . LXIII., pridie kalendas Februarii, VI. indictione.

¹ *Gerenberc et Walhenberc*: Die Flurnamen Gözenberg und Wahlenberg kommen heute noch nordöstlich von Bernloch, Hohenstein, RT, vor.

² Groß- oder Kleinengstingen, Engstingen, RT.



Der Textabdruck folgt dem Original.

 Es hängt noch der obere Teil des spitzovalen Siegels des Abts von Bebenhausen an (III. A. 2. a.): Der stehende Abt mit dem Abtsstab in der Rechten, mit der Linken ein Buch vor die Brust haltend, von der Umschrift noch SIGILLVM ENHVSEN erhalten.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 2319

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bernloch

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, Tü
 Bernloch Wohnplatz (16051)
 Bernloch, Hohenstein, RT
 Bürglen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Großengstingen Wohnplatz (16046)
 Großengstingen, Engstingen, RT
 Honau Wohnplatz (16082)
 Honau, Lichtenstein, RT
 Kleinengstingen Wohnplatz (16048)
 Kleinengstingen, Engstingen, RT
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Schloss Lichtenstein : Honau, Lichtenstein RT
 Schloss Lichtenstein Wohnplatz (16083)
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV